



15
VITEBERGA
RESTITVENDO LVTHERI TEMPLO
FLORENTIOR

CARMEN

VIRO

MAGNIFICO SVMME VENERABILI EXCELLENTISSIMO
NEC NON DOCTISSIMO

IOACHIMO SAMVELI WEICKHMANNŌ

SS. THEOLOGIAE DOCTORI ET PROF. P. O.
CONSISTORII ECCLES. ASSESSORI ET OO. SS. T.
PRAEPOSITO GRAVISSIMO

IPSO PER LVTHERVŌ EMENDATAE RELIGIONIS SACRO

A. R. S. ∞ IOCC LXV.

D. D. D.

A

BENIAMIN GOTTLIB LAVRENTIO BODENO

FACVLT. PHILOS. ASSESS. ORD.

VITEBERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEM. TYP.

16
16

VITBERGA

LESTIVEROVA

FLORENTIA

CARME

MAESTRO SVATE VERNER

IOHANNES

CONSTITO

1503

WILHELM GOTTLIEB LARSEN





Quod carmen, oestro percitus entheo,
Futura doctus, fundere coelitus
Iubebar, hoc munire firmo
Praesidio dubius laboro.

Quid? fallor? an me vis rapuit noua?
Frustra renitor subtimidus, neque
Licet TVVM WEICKHMANNE nomen,
Grande decus, reticere vati.

Sublimiori carmine, cantibus
Dignus Camenae nobilioribus,
Os, parua spirans, magna iussum,
Ne merito negligas, timebam.

At, sicut altus Sol humiles quoque
Valles tuetur, respicis et leues
Musas et accendis fouente
Frigida sole TVI fauoris.

Nec nostra spernas munera, quae (malum)
Maiora grato promere pectore
Nescimus, ut praestantiora
De patria mereas amata.

Plenum nepotes laudis opus parent,
Et facta dicant, quae prohibent mori,
Dum templa stabunt, quae ruinis
Immeritis reuocanda curas.

Quo TE vocabunt nomine? Siue amas
Haggaeus alter, siue magis placet
Dici *Serubabelus* alter:
Nomen utrumque TIBI sacrabunt.

TV TV potenti nunc prece flectere
Vales tenaces, nunc monitu excitas
Morasque rumpis, ne sub auras
Surgere templa superba cessent.

Virtute tanta macte, breui TVIS
Damnare votis, ac pretium cape
Praestans laborum, quando laetus
Tam graue finis opus coronat.

VITE.



VITEBERGA

RESTITVENDO LVTHERI TEMPLO

FLORENTIOR.



Nox erat, et tacito fulgebant sidera caelo,
Iamque soporiferum Morpheus per membra papauer
Fuderat, officio functus, sensusque sopitos
Somnia terrebant, miseros referentia casus,
Queis natale solum fors quondam prefferat atra.
Leucoris, in luctum vultu ingressuque soluta,
In somnis aderat, passis sine lege capillis;
Forma decens lacrymis, sine fine per ora volutis,
Dissimulata, animi curas prodebat acerbas;
In niueis atram manibus tractare fauillam
Visa, graues gemitus alto de corde trahebat.

Haec vbi suspensum me squallida terret imago,
 Protinus excutior fomno; simulacra recedunt
 Tristia, neq̄ mendax sequitur ludibria visus.
 Coepit adesse senex, toto venerabilis ore.
 Quale jubar solis, nebulae caligine pulsa,
 Gratius obscuro terras prospectat Olympo:
 Sic oculi melius splendebant ore senili.
 Intermista graui pia gratia maiestati,
 Cana fides, risus laeti, gestusque decori
 Sanctaque canities, redimitaque tempora lauru
 Ac stellata chlamys, per eburnos fusa lacertos,
 Pone solum lambens, grauiorque incessus euntis,
 Haud nostra de gente virum testantur adesse.
 Obstupui gelidoque pauor sudore per artus
 Currit et ad pectus terrorem ducit. At ille
 Lenibus alloquiis trepidantia membra timore
 Sedat, et attonitum mulcet solamine mentem.
 Euge tamen; fatur, licet exspectare salutem,
 Rebus fide honis, nec lapsam deiice mentem.
 Meta laboris adest, fuit vltima linea quinta.
 Nunc age, nunc animum reuoca, metus omnis abesto.

Ne malus interpres rerum, timor, amplius aegrum
 Infestis animum per somnia torqueat umbris,
 Prospera fata canens, coram tibi nuncius adsum,
 Arrige nunc aures, et, quae tibi praecino iussus,
 Aurea saecula, tuis cane ciuibus aurea saecula.

Qualia Iudaeos olim aspera fata premebant,
 Quum sacra templa dei, ferali merfa fauilla,
 Priscae muneribus formae viduata iacerent,
 Ac neque sollemnes aris ferrentur honores,
 Nec pia thura nigros vomerent ad sidera fumos,
 Nec prece, nec voto, nec laeta voce sacerdos
 Iovae cantaret desertis carmina muris:
 Talia depositi per lustrum fata tulistis.
 Nam destructa iacet rectis domus alta superbis,
 Quae reliquas inter tantum caput extulit aedes,
 Quantum regales prae culmine pauperis arces
 Fruticibusque solet sylvarum gloria, cedrus.
 Pluris ad illa pater, dum starent, moenia, missis
 De terra votis, faciles aduerterat aures.
 Plurima de festo carpebat gaudia plausu,
 Quem, celebrante sacro sollemnia Iobila coetu,

Pulſa

VIII

Pulsa triumphali modulamine templa dedere.
Nam sonus hoc sacro semper gratissimus ibat.

Longa putas viduo placuisse silentia caelo?
Quid? se neglecto, miraris Numen in iras
Effusum, nullo meditante recondere saxa,
Ac noua moliri de tantis recta ruinis?

At lenita cadet placati Numinis ira,
Ut bonus, ut placidus felixque doloribus adfit
Ille deus, simul obiectas farcire ruinas,
Elatisque decus lapsum stabilire columnis,
Atque humiles cineres reuocare in culmina prisca
Coeperitis. Pater ipse animos viresque secundas
Sufficiet, lapsis praesens succurrere rebus.
Audiit a summo suspiria pectore ducta,
Nec valuit rapidis dare ventis irrita vota,
Vel pulsas crebris occludere questibus aures.
Vir superis carus, qui munera nostra tuetur,
Successu dignus (sic manes nosco Lutheri)
Weickhmannus, nostri, Weickhmannus, gloria coetus,
Assiduus flexit castas ad fidera palmas

Ac

Ac valida mouit tandem prece corda Tonantis,
 Ore manūque potens iratum flectere Numen.
 Hac, mihi crede, manu gemirus, per nubila missos,
 Hac dextra lacrymas, suffusa per ora volutas,
 Ipse capax legi, folliūque ad limina fudi,
 Ac, mista nati lacryma, praecordia patris,
 Viribus vnitis victi, mansuescere sensi.
 Mitior ille vocat populos felicitis Olympi,
 Meque legit, fuetum regalia vincere corda,
 Quem certum niueo demittat ab axe ministrum,
 Condendo templo portatum iussa per orbem.

Haud mora, continuo praecepta facessō iubentis.
 Per mare, per terram, tendens, per regna, per vrbes,
 Do grauius pondus votis praeceuntis amici,
 Ac votiua manus parcas ad dona recludo.

Nunc aptare nouo dabitur caua moenia tecto,
 Nunc arces sacrae, nunc splendida templa resurgent,
 Nunc emendati genitrix ingloria facri
 Natiuo frontis renitebit flore venustae.

X

Plumbea Leucoridos nunc aetas furget in aurum,
 Et mala mille cadent, cedentia mille triumphis:
 Ut cadit Autumnus, vario maculata colore,
 Sylvarum coma, nobilior meliore reuertens
 Anno, quum tristes Zephyri clementia brumas
 Sub terras egit ramisque reduxit honorem.

Ergo fatis pulsum contundere parcite pectus,
 Parcite luctifono deducere carmina plectro,
 Parcite dura queri: Numen dedit his quoque finem.
 Optima sperantes, in gaudia summa soluti,
 Dulcibus integrate modis et vocibus hymnos.
 Sed tu, quae cecini, tu, quae ventura videbis,
 Aurea faecla, tuis cane ciuibus aurea faecla.

Dixit et ex oculis tenues effugit in auras,
 Praepetibus ventis et fulminis ocyor alis,
 Ac testis suauem post se diffudit odorem.
 Laeta quidem visus mortales liquit imago:
 At vatis sermo manet alta mente repositus.
 Tanta lubens perago cura mandata fideli

Tanta

Tanta bonae patriae laeta cano gaudia voce,
Aurea faecla, meis cano ciuibus aurea faecla.

Quales lactitiae fenfit fub pectore mortis,
Quales dulcifono geminauit gutture cantus,
Diuina furgente domo, Iudaea fuperfites:
Talia Leucorei deproment gaudia nati,
Diuina furgente domo. Iam larga parantur
Vndique dona. Dabit fua fymbola fummus et inus.

Defraudat genium, velox ad munera, Princeps.
Indocilis, ciues, orbatos matre, relinqui,
Haec reparanda Pater deiecta cacumina curat.
Ille parat nummos operantibus, ille peritos
Arte viros mittit, quos invidet Albula Dresdae,
Ille (dii faciunt Augufli iuffa vocati)
Ille iubet vaftris fylueftria numina fyluis
Caedere ligna, prius nulla violata fecuri,
Et quidquid patriae Patrem iuuat, ille gubernat.
Qui funt confilio, qui dexteritate potentes,
Ordo virum, patriae qui dant fperare falutem,

XII

Ac Proceres, pietate graues, qui sacra tuentur,
 Adiiciunt animi curas operique ministrant.
 Omnes vnus habet feruor, labor omnibus vnus,
 Omnibus vnus amor patriae, mens omnibus vna.
 Laeti consensu, laeti veniaque fideque
 Leucorei patres operis primordia tractant,
 Hortatuque student plures accendere gentes,
 Quae veloce manu fessis dent furgere rebus.
 Dissita diuitias confert, pia munera, tellus,
 Dania mittit opes, mittit sua Suecia dona,
 Mittunt Strymoniae populi et Serymanthidos urfae,
 Mittunt, qui lacrymis, qui dura sorte mouentur,
 Quosque emendati cordi est reuerentia cultus.
 Accola nec Thamefis diues, potorue Visurgis
 Munera vestibulo caeli maiora negabit.
 Nec patitur Saxo, placidis quem flecxit habenis
 Spiritus omnipotens, vinci se gentibus istis,
 Ferre stipem reliquam celer. Ah! non plura reliquit
 Vnda rapax belli. Sed plures pectus et armos
 Spondent, pars templo varias remouere ruinas,
 Pars fabricare trabes, pars subvectare columnas.

Arden-

Ardentes alii tectis educere robur,
 Immittent clauos alii, lapidesque locabunt,
 Hic radet maculas, hic ornamenta refiget,
 Hic disponer opus. Sic multos multa iuuabunt,
 Vt moles operosa cauas euadat in auras.

O felix tempus, quo dormitoria diuum
 Humida Pleiadum tandem feruantur ab ira,
 Vt nec tristis hyems, nec, mixti grandine, nimbi,
 Sancta sepulorum corrumpant ossa, suusque
 Restet honos tumulis! Nunc incorrupta iacebit
 Vrna, *Luthere*, tuos gremio quae comprimit artus,
 Quae non offifrago turbare licebat Ibero,
 Quae non ignis edax, non vertens machina terras,
 Deciduousue lapis violauit membra sepulero,
 Sedibus hic semper tutis in morte quiescent,
 Et constans heros in eodem limine furget,
 Quo verum limen caeli defendit ab hoste.

Interea, dum summa dies illuxerit orbi,
 Hic suggestus erit, quo dignae munera laudis

XIV

Saepius ad tumulum dulci fundentur ab ore,
 Iusta pio faciunda viro. Tum, si qua piorum
 Officia aethereo Numen prospectat Olympo,
 Si quis amor grati, si functi curat honores,
 Sique placent, Deus haec nobis benefacta rependet.

Defolatae arces luctu soluentur inertii,
 Ac vetus abfimili reddetur gloria formae.
 Tum chorus arrectum viset numerosior Albin,
 Undique tum populi Vitebergae pignora credent.
 Qua Sol Oceano feruentes abluir axes,
 Qua roseus flauis assurgit Phoebus ab vndis,
 Quaque occulta latent pietatis semina verae,
 Quaque palam seges in laetas succreuit aristas,
 Omnibus ex oris, quas complet fama Lutheri,
 Huc venient ciues, primis e fontibus haustum.

Intemerata fides, hac cedere nescia fede,
 Immotum figet sine fine tribunal ad Albin,
 Iura datura sacris, et iusta lance librabir

Pondus

Pondus cum falso veri, nec prisca mouere
 Iussa dei finet, arque nouas inducere leges.

Si tibi, iuste Pater, si fucus displicet vllus,
 Si tibi vera placent, si linguae foedera seruas,
 Ne tua fer prauis temerari dogmata dextris,
 Sed cultum sine labe iube, cunctasque per aras
 Thus adolere pium, nec perfida soluere vota.
 Praecipue, pater omnipotens, huc, huc ades aequus,
 Huc ades, o placidusque iuua, quas condimus, arces.
 Tu mare, tu terram, tu caeli templa parasti,
 Maius opus, diuum sedes, haec, haec quoque coepra
 Fausta iube: tua recta, deus, tua limina sunt.
 Nobile crescat opus, cui cedant templa Sesostris,
 Gloria Niligenum, cedant famosa Dianae
 Tecla, Ephesi splendor, cedant Capitolia celsa,
 Et caelum mentita domus, quo coecus Agrippae
 Error, vt in stabulum, sua numina compulit, vnum,
 Atque onerans Meccam Mahumedi machina vafri,
 Omne adytum cedat, quo numina ficta coluntur,

Illa-

XVI

Illaque prae reliquis aeternum splendeat aedes.
Absint hoc sacro simulacra, profanaque turba,
Quidquid te laedit, quidquid tibi displicet, absit.
Tum, si quando die claro demittis ab astris
Lumina, sique placent tecti conuexa tuenti,
Tum nubes diffinde, polo descende, tuamque
Ipse domum praefens caelesti numine comple.
Tum mea Calliope, non interrupta canendo,
Has resonare domos Solomonia faecla docebit.



Ye 3447




Sb.

V317

03, 2001 Bd.







15
VITEBERGA
RESTITVENDO LVTHERI TEMPLO
FLORENTIOR

CARMEN
VIRO

MAGNIFICO SVMME VENERABILI EXCELLENTISSIMO
NEC NON DOCTISSIMO

IOACHIMO SAMVELI WEICKHMANN

SS. THEOLOGIAE DOCTORI ET PROF. P. O.
CONSISTORII ECCLES. ASSESSORI ET OO. SS. T.
PRAEPOSITO GRAVISSIMO

IPSO PER LVTHERVEM EMENDATAE RELIGIONIS SACRO

A. R. S. ∞ 1333 LXV.

D. D. D.

A

BENIAMIN GOTTLIB LAVRENTIO BODENO

FACVLTI. PHILOS. ASSESS. ORD.

VITEBERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEM. TYF.

16